Ja hem apuntat abans que el capitular de Carlemany per als hispans, bé que clar i suficient, no pecava pas de casuïstic i detallista; la pràctica seguida i generalitzada de la institució que havia creat, vingué a demostrar amb el temps la seva insuficiència per a regular-la. Les topades d'interessos contraris feren evident la seva excessiva vaguetat.

Nasqueren aquests interessos oposats, i tota mena d'apetències desordenades al volt de la institució, des del moment en què gràcies als capitals i als esforços dels hispans immigrants, els antics predis erms es convertiren en viles organitzades i en ple rendiment productiu. Es el problema de totes les repoblacions: cedir terres ermes i abandonades sense cap valor econòmic actual, es fa fàcilment i en bones condicions; respectar aquestes condicions quan les terres han estat ja valoritzades, és motiu sempre de conflictes i lluites continuades.

De fet l'exteriorització d'aquest malestar no s'ns manifesta fins l'any 812, amb el precepte de Carlemany adreçat als comtes, on es fa ressò de les opressions de què eren objecte els hispans refugiats (*Particular II*). Es ací on es constata com Carlemany s'havia donat compte de la insuficiència del seu capitular primitiu davant el xoc d'interessos que la realitat feia patent i, per tant, de la necessitat de fixar clarament i amb més detall l'estatut legal de vida d'aquells hispans per a respondre a la confiança que en ell havien posat en anar a subjectar-se voluntàriament al seu domini. Per això ordena a l'arquebisbe d'Arles, Joan, que, com a delegat seu, vagi al seu dilecte fill Lluís, rei d'Aquitània, i li exposi tot el problema; i que el rei, en temps oportú, amb assistència del mateix Joan i dels comtes, faci ordenar com i de quina manera hagin de viure aquells hispans: «*hordinare faciat quomodo aud qualiter ipsi Ispani vivere debeant*».

Fill d'aquestes circumstàncies fou el capitular que féu promulgar Lluís el Piadós essent ja emperador, el 1.^r de gener de 815 (*Apèndix III*), i al qual tan repetidament ens hem referit. Lluís prengué per base l'estatut que Carlemany havia concedit als barcelonins i el reformà i l'addicionà, i adaptà les seves disposicions a tots els hispans refugiats; aprofità també una part del primitiu capitular que Carlemany havia donat per a aquests. Les reformes fetes al primer i la part original de les seves disposicions eren destinades a resoldre les qüestions que la pràctica de la institució havia posat.

Els capítols 3 i 4, que es refereixen a les situacions provocades per les gents forasteres, incorporades a llurs explotacions pels primitius hispans immigrants, demostren la importància econòmica que aquestes explotacions havien anat adquirint amb el temps, fins al punt que, com veurem de seguida, molts d'aquests hispans, de refugiats protegits, es convertiren en potents abusius. La jurisdicció que els concedeix l'article 3 sobre aquestes gents aportades es consigna també en el precepte per Joan (*Particular VII*) donat el mateix dia que el capitular: «*Et nullus comes, nec vicarius, nec juniores eorum, nec ullus judex publicus illorum homines, qui super illorum aprisione habitant, aut in illorum proprio, distingere nec judicare presumant, sed Johannes et filii sui et posteritas illorum illi eos judicent et distingant, et quicquid per lege judicaverint stabilis permaneat, et si extra legem fecerint per legem emendent.*»

* * *

El capitular de 815 fou seguit, al cap d'una mica més d'un any, en 10 de febrer de 816, per un segon, del mateix Lluís el Piadós (*Apèndix IV*), complementari del primer i motivat per les queixes sorgides arran de la seva promulgació. El seu contingut és prou clar perquè calgui donar ací grans explicacions. Pel de 815 s'havien atès les reclamacions dels «majores et potentiores» i es fixà el seu estatut; valent-se d'aquest, ara ells agarrotaven els «minores et infirmiores», que, mancats de mitjans i d'influència, no havien pogut obtenir preceptes reials de concessió; el nou capitular posa remei al nou abús. Altrament, fixa la situació dels qui s'encomanaren directament a comtes i vassalls i en rebaren predis per habitar i explotar, i els garanteix la permanència.

* * *

Poca cosa cal afegir en relació amb l'*Apèndix V*, el capitular de Carles el Calb de l'II de juny de 844. Ja hem explicat, en els paràgrafs anteriors, que es tractava d'una confirmació i que, obeint a aquest caràcter, no havia fet més que recopilar, amb molt poques variants, les disposicions anteriors, en forma una mica inconnexa i àdhuc impròpia. Perquè el capitular no es dirigia més que als ciutadans de Barcelona i Terrassa i als habitants del comtat, i en canvi acumulava textos destinats a unes altres gents i a unes diverses cir-

cumstàncies. És clar, però, que pel fet d'afillar-se aquests textos, llurs disposicions esdevenien d'aplicació legal pels concrets destinataris barcelonins.

Les circumstàncies que donaren lloc a la seva promulgació són conegeudes. Carles el Calb, en lluita amb Pipí pel regne d'Aquitània, havia baixat a assetjar Tolosa, i de moment havia aconseguit d'apoderar-se del comte Bernat, que féu judicar i executar de seguida. A la nova de l'esdeveniment, de tota Septimània i de Catalunya acudiren al rei personatges de tota mena a prestar-li fidelitat i cercar restauració de les extorsions de què havien estat objecte sota la tirania del comte executat. Els nombrosos preceptes lliurats en aquesta ocasió, durant els mesos de maig i juny, des del monestir de Sant Cerní on el rei residia, en són la prova. Els ciutadans de Barcelona, d'on Bernat era comte, no hi faltaren, i també ells demanaren ésser restaurats en els privilegis que havien obtingut de Carlemany i de Lluís el Piadós; Carles el Calb els dedicà aleshores el capitular que tornem a publicar.

I

[..... VERS DEL 780.]

**CAPITULAR DEL REI CARLES, QUE POSA SOTA LA SEVA PROTECCIÓ I DEFENSA
ALS HISPANS REFUGIATS O QUE EN EL FUTUR ES REFUGIÏN A LA SEPTIMÀNIA,
I REGULA LLUR SITUACIÓ JURÍDICA**

Com s'explica en la precedent Introducció, d'aquest capítular no ha quedat més que el record i uns fragments que n'utiitzaren els capitulars posteriors de Lluís el Piadós de 815 (Apèndix III) i de Carles el Calb de 844 (Apèndix V).

El present intent fragmentari de restitució és basat, quant al preàmbul, sobre el corresponent de Lluís el Piadós i el capítol primer del privilegi del Calb; i quant a l'articulat, sobre els capítols 6, 7, 8, 9 i 10 d'aquest darrer privilegi, que corresponen als 1, 2, 3, 4 i 5 de la restitució. És de notar que el capítular del Piadós també aprofità els capítols 4 i 5, que restituïm, en els seus capítols 5 i 6, però hi féu significatives modificacions d'adaptació al seu temps.

Sobre la possible data i les circumstàncies històriques del lliurament, veure el que diem en la Introducció.

[*Carolus gratia Dei rex Francorum et Langobardorum ac patricius Romanorum] omnibus fidelibus sanctae Dei Ecclesiae ac nostris, praesentibus scilicet et futuris, partibus Aquitaniae, Septimaniae [et] Provinciae consistentibus. Sicut nullius vestrum notitiam effugisse putamus, qualiter aliqui homines propter iniquam oppresionem et crudelissimum jugum, quod eorum cervicibus inimicissima christianitati gens Sarracenorum imposuit, relictis propriis habitationibus et facultatibus quae ad eos hereditario jure pertinebant de partibus Hispaniae ad nos confugerunt, et in Septimania sese ad habitandum contulerunt, et a Sarracenorum potestate se subtrahentes nostro dominio libera et prompta voluntate se subdiderunt, ita ad omnium vestrum notitiam pervenire volumus quod eosdem homines sub protectione*

et defensione nostra receptos sicut in unitate fidei, sic etiam in unanimitate pacis et dilectionis conservare decrevimus.

[1]. Placuit nobis illis concedere ut quicquid de heremi squalore in quolibet comitatu ad cultum frugum traxerint aut deinceps infra eorum aprisiones excolere potuerint, integerrime teneant atque possideant; servitia tamen regalia infra comitatum in quo consistunt faciant.

[2]. Et omnes eorum possessiones sive aprisiones inter se vendere, concambiare seu donare posterisque relinquere omnimodo liceat, et si filios aut nepotes non habuerint, juxta legem eorum alii ipsorum propinquui illis hereditando succedant, ita videlicet ut quicumque successerint, servitia superius nominata persolvere non contemnant.

[3]. Simul etiam precipientes injungimus ut nullus homo de sepe memoratis eorum apprisionibus vel villis, cum propriis terminis propriisque earum finibus et adjacentiis, injustam inquietudinem illis inferre presumat aut aliquam minorationem contra legem facere audeat, sed liceat eis ipsas res cum tranquillitate pacis tenere et possidere et secundum antiquam consuetudinem ubique pascua habere ac ligna cedere et aquarum ductus pro suis necessitatibus ubicumque pervenire potuerint, nemine contradicente, juxta priscum morem semper deducere.

[4]. Si autem illi propter lenitatem et mansuetudinem comitis sui, eidem comiti, honoris et obsequii gratia, quipiam de rebus suis exhibuerint, non hoc eis pro tributo vel censu aliquo computetur, neque comes ille aut successores ejus hoc in consuetudinem venire presumat, neque eos sibi vel hominibus suis aut mansionaticos parare aut veredos dare aut ullum censem vel tributum aut servicium, preter id quod jam superius comprehensum est, prestare cogat, sed liceat tam histis Ispanis qui presenti tempore in predictis locis resident quam his qui adhuc ad nostram fidem de iniquorum potestate fugiendo confluxerint et in desertis atque incultis locis per nostram vel comitis nostri licentiam consedentes edificia fecerint et agros incoluerint, juxta supradictum modum sub nostra defensione atque protectione in unitate fidei et pacis tranquillitate residere et nobis ea que superius diximus tam cum comite suo quam cum missis ejus pro tempor[is] oportunitate alacriter atque fideliter exhibere.

[5]. Noverint preterea idem Spani sibi licentiam a nobis esse concessam ut se in vassaticum comitis nostri sicut alii Franci homines commeu-

dent, et si aliquod beneficium quisquam eorum ab eo cui se commen-
davit fuerit consecutus, sciat se de illo tale obsequium seniori suo
exibere debere quale nostrates homines de simili beneficio senioribus suis
exibere solent.

II

[..... VERS 801.]

**CAPITULAR DE L'EMPERADOR CARLES, QUE REP SOTA LA SEVA IMMUNITAT I
DEFENSA ELS GOTS I HISPANS DE LA CIUTAT DE BARCELONA I DEL CASTELL
DE TERRASSA QUE LLIUREMENT SE LI HAVIEN SOTMÈS, I REGULA LLUR SITUA-
CIÓ JURÍDICA**

Tampoc d'aquest capitular no n'ha quedat cap còpia i sí sols les notícies de la seva existència consignades en el posterior de confirmació de Carles el Calb de 844 (Apèndix V).

Com hem explicat en la Introducció, Lluís el Piadós n'extragué segurament el primer capítol del seu capitular de 815 (Apèndix III), que pretenia aclarir el règim jurídic dels hispans refugiats, i n'aprofità, amb modificacions essencials, el tema del seu segon capítol.

Però és bàsicament del capitular confirmatori de Carles el Calb de 844 (Apèndix V) d'on hem pogut extreure els fragments del preàmbul i dels tres capítols que creiem possible de restituir. Aquests darrers corresponen als capítols 1, 2 i 3 dels de Carles el Calb.

És probable que el redactor de Carlemany que fou encarregat d'elaborar el present capitular tingüés a la vista l'anterior del mateix rei, dels volts de 780 (Apèndix I), que havia estat promulgat per als hispans refugiats a Septimània i que repetí algú dels capítols del seu contingut; mes, els elements d'informació de què disposem no ens permeten de precisar-ho; només el fragment que posem en lletra petita, si és que la restitució és encertada, semblaria provar la seva utilització.

Les circumstàncies i l'època de promulgació han estat analitzats en la Introducció; fou evidentment motivada per la presa de Barcelona per l'exèrcit de Lluís el Piadós, rei d'Aquitània, l'any 801.

[Karolus serenissimus augustus a Deo coronatus magnus et pacificus imperator Romanum gubernans imperium, qui et per misericordiam Dei rex Francorum et Langobardorum] quia Gotos sive Ispanos intra Barchinonam famosi nominis civitatem vel Terracium castellum quohabitantes, crudelissimum jugum inimicissime christiani nominis Sarracenorum evitantes ad [nos] fecere confugium et eandem civitatem [nostra] magnipo-

tencie libenter condonarunt seu tradiderunt, et ab eorundem Sarracenorum potestate se subtrahentes nostro [dominio] libera et prompta voluntate se subjecerunt, complacuit mansuetudini nostre sub immunitatis tutione defensionisque munimine benigne suscipere ac retinere et quo habitationem seu necessitatibus eorum oportunum auxilium clementer conferre.

[1]. Igitur ad omnium vestrum noticiam pervenire volumus quia eosdem homines sub protectione et defensione nostra receptos sicut in unitate fidei, sic etiam in unanimitate pacis et dilectionis, conservare decrevimus, eo videlicet modo ut sicut ceteri Franci homines cum comite suo in exercitum pergent, et in marcha nostra juxta rationabilem ejusdem comitis ordinationem atque admonitionem explorationes et excubias, quod usitato vocabulo wactas dicunt, facere non neglegant, et missis nostris quos pro rerum oportunitate illas in partes misericordiam aut legatis qui de partibus Hyspanie ad nos transmissi fuerint paratas faciant et ad subvectionem eorum veredos donent. Si autem hi qui veredos acceperint reddere eos neclexerint ac eorum interveniente neglegentia perdi seu mortui fuerint, secundum legem Francorum eis quorum fuerint sine dilatione restituantur vel restaurantur.

[2]. Alius vero census ab eis neque a comite neque a junioribus aut ministerialibus ejus exigatur.

[3]. Et nisi pro tribus criminalibus actionibus, id est homicidio, rapto et incendio, nec ipsi neque eorum homines a quolibet comite aut ministro judicarie potestatis ullo modo judicentur aut distringantur, sed liceat ipsis secundum eorum legem de aliis [omnibus] judicia terminare et preter hec tria et de se et de eorum hominibus secundum propriam legem omnia mutuo definire.

III

AQUISGRAN, I.^r GENER 815.

CONSTITUCIÓ DE L'EMPERADOR LLUÍS, QUE POSA SOTA LA SEVA PROTECCIÓ I
DEFENSA ELS HISPANS REFUGIATS A LA SEPTIMÀNIA I A LA MARCA HISPÀNICA
I REGULA LLUR SITUACIÓ JURÍDICA

El text d'aquest document no fou conservat més que en la còpia d'un Cartoral de Narbona, fa temps perdut. D'aquesta còpia se serviren per a llurs respectives edicions Pithou i Baluze; totes les altres nombrosíssimes edicions del text deriven d'una o altra d'aquestes dues en la forma consignada per Mühlbacher, *Regesten*, p. 250. La darrera edició de major garantia és la de Boretius, en els *Monumenta Germaniae Historica, Capitularia*, 1, p. 261. Nosaltres ens atenem a la versió donada per aquest i per Baluze.

Possem en lletra petita dintre el text els fragments que al nostre entendre pogueren ésser copiats, per Lluís el Piadós, de disposicions anteriors donades pel seu pare Carlemany, sigui del capitular ori ginari pels hispans, en el preàmbul i en els capítols 5 i 6, (Apèndix I), sigui del privilegi pels barcelonins en els dos primers capítols (Apèndix II).

In nomine domini Dei et salvatoris nostri Jesu Christi. Hludowicus, divina ordinante providentia, imperator augustus, omnibus fidelibus sanctae Dei Ecclesiae ac nostris, praesentibus scilicet et futuris, partibus Aquitaniae, Septimaniae, Provinciae et Hispaniae consistentibus. Sicut nullius vestrum notitiam effugisse putamus, qualiter aliqui homines propter iniquam oppressionem et crudelissimum jugum, quod eorum cervicibus inimicissima christianitati gens Sarracenorum imposuit, relictis propriis habitationibus et facultatibus quae ad eos hereditario jure pertinebant de partibus Hispaniae ad nos confugerunt, et in Septimaniania atque in ea portione Hispaniae quae a nostris marchionibus in solitudinem redacta fuit sese ad habitandum contulerunt, et a Sarracenorum potestate se subtrahentes nostro dominio libera et prompta voluntate se subdiderunt, ita ad omnium vestrum notitiam pervenire volumus, quod eosdem homines sub protectione et defensione nostra receptos in libertate conservare decrevimus.

[I] Eo videlicet modo, ut sicut caeteri liberi homines cum comite suo in exercitum pergant, et in marcha nostra juxta rationabilem ejusdem comitis ordinationem atque admonitionem explo-

tationes et excubias, quod usitato vocabulo wactas dicunt, facere non negligant, et missis nostris aut filii nostri, quos pro rerum opportunitate illas in partes miserimus, aut legatis qui de partibus Hispaniae ad nos transmissi fuerint, paratas faciant et ad subvectionem eorum veredos donent. Alius vero census ab eis neque a comite neque a junioribus et ministerialibus ejus exigatur.

[2] Ipsi vero pro majoribus causis, sicut sunt homicidia, raptus, incendia, depredationes, membrorum amputationes, furta, latrocinia, alienarum rerum invasiones, et undecunque a vicino suo aut criminaliter aut civiliter fuerit accusatus et ad placitum venire jussus, ad comitis sui mallum omnimodis venire non recusent. Ceteras vero minores causas more suo, sicut hactenus fecisse noscuntur, inter se mutuo definire non prohibeantur.

[3]. Et si quisquam eorum in partem quam ille ad habitandum sibi occupaverat alios homines undecunque venientes adtraxerit et secum in portione sua, quam adprisionem vocant, habitare fecerit, utatur illorum servitio absque alicujus contradictione vel impedimento, et liceat illi eos distringere ad justicias faciendas quales ipsi inter se definire possunt. Cetera vero judicia, id est criminales actiones, ad examen comitis reserventur.

[4]. Et si aliquis ex his hominibus qui ab eorum aliquo attractus est et in sua portione conlocatus locum reliquerit, locus tamen qui relictus est a dominio illius qui eum prius tenebat non recedat.

[5]. Quod si illi propter lenitatem et mansuetudinem comitis sui eidem comiti honoris et obsequii gratia quipiam de rebus suis exhibuerint, non hoc eis pro tributo vel censu aliquo computetur, aut comes ille vel successores ejus hoc in consuetudinem praesumant, neque eos sibi vel hominibus suis aut mansionaticos parare aut veredos dare aut ullum censum vel tributum aut obsequium, praeter id quod jam superius comprehensum est, praestare cogant. Sed liceat tam istis Hispanis, qui praesenti tempore in praedictis locis resident, quam his qui adhuc ad nostram fidem de iniquorum potestate fugiendo confluerint et in desertis atque in incultis locis per nostram vel comitis nostri licentiam conseruentes aedificia fecerint et agros incoluerint, juxta supradictum modum sub nostra defensione atque protectione in libertate residere, et nobis ea quae superius diximus tam cum comite suo quam cum missis ejus pro temporum opportunitate alacriter atque fideliter exhibere.

[6]. Noverint tamen iidem Hispani sibi licentiam a nobis esse concessam, ut se in vassaticum comitibus nostris more solito commendent; et si beneficium aliquod quisquam eorum ab eo cui se commendavit fuerit consecutus, sciat se de illo tale obsequium seniori suo exhibere debere, quale nostates homines de simili beneficio senioribus suis exhibere solent.

[7]. Idcirco has nostrarae auctoritatis litteras eis dare decrevimus, per quas decernimus atque jubemus ut haec nostrarae liberalitatis et mansuetudinis constitutio erga illos tenore perpetuo ab omnibus fidelibus sanctae Dei Ecclesiae et nostris inviolabiliter conservetur. Cujus constitutionis in

unaquaque civitate ubi praedicti Hispani habitare noscuntur, tres descripciones esse volumus: unam quam episcopus ipsius civitatis habeat, et alteram quam comes, et tertiam ipsi Hispani qui in eodem loco conversatur.

Exemplar vero earum in archivo palatii nostri censuimus reponendum, ut ex illius inspectione, si quando, ut fieri solet, aut ipsi se reclamaverint aut comes vel quislibet alter contra eos causam habuerit, definitio litis fieri possit.

Hanc quippe constitutionem, ut per diurna tempora a fidelibus sanctae Dei Ecclesiae et nostris et verius credatur et diligentius conservetur, manu propria subscrisimus et anuli nostri impressione signari jussimus.

Signum domni Hludowici serenissimi imperatoris.

Durandus diaconus ad vicem Helisachar recognovit.

Datum kalendas januarias, anno Christo propitio primo imperii domni Hludowici piissimi augusti, inductione VIII. Actum Aquisgrani palatio regio, in Dei nomine feliciter. Amen.

IV

AQUISGRAN, 10 FEBRER 816.

CONSTITUCIÓ DE L'EMPERADOR LLUÍS, QUE RESOL DUES QÜESTIONS SUSCITADES PELS HISPANS REFUGIATS A CONSEQÜÈNCIA DE LA CONSTITUCIÓ
PRECEDENT QUE REGULAVA LLUR ESTATUT JURÍDIC

Talment com el document anterior, el text d'aquest tampoc no fou transmès més que per la còpia del Cartoral de Narbona, avui perdut. El publicaren, igualment, Pithou i Baluze, i segon ells molts d'altres fins a l'edició de Boretius, *Monumenta Germaniae Historica, Capitularia, I*, p. 263. Ens servim de la seva edició i de la de Baluze. La notícia de les edicions, en Mühlbacher, *Regesten*, p. 258.

In nomine domini Dei et salvatoris nostri Jesu Christi. Hludowicus, divina ordinante providentia, imperator augustus. Notum sit omnibus fidelibus sanctae Dei Ecclesiae et nostris, tam praesentibus quam et futuris, seu etiam successoribus nostris, quia, postquam Hispani qui de potestate Sarracenorum se subtraxerunt et ad nostram seu genitoris nostri fidem se contulerunt et praeceptum auctoritatis nostrae qualiter in regno nostro cum suis comitibus conversari et nostrum servitium peragere deberent scribere et eis dare jussimus, querimoniam aliqui ex ipsis Hispanis nostris auribus detulerunt duo capitula continentem. Quorum unum est, quod, quando iidem Hispani in nostrum regnum venerunt et locum desertum, quem ad habitandum occupaverunt, per praeceptum domni et genitoris nostri ac nostrum sibi ac successoribus suis ad possidendum adepti sunt, hi qui inter eos majores et potentiores erant ad palatium venientes, ipsi praecepta regalia susceperunt, quibus susceptis eos qui inter illos minores et infirmiores erant, loca tamen sua bene excoluisse videbantur, per illorum praeceptorum auctoritatem aut penitus ab eisdem locis depellere aut sibi ad servitium subjcere conati sunt. Alterum est, quod simili modo de Hi-

spania venientes, et ad comites sive vassos nostros vel etiam ad vassos comitum se commendaverunt et ad habitandum atque excolendum deserta loca acceperunt, quae, ubi ab eis exculta sunt, ex quibuslibet occasionibus eos inde expellere et ad opus proprium retinere aut aliis propter praemium dare voluerunt; quorum neutrum justum aut rationabile nobis esse videtur. Et ideo per hanc nostrae praeceptionis auctoritatem decernimus atque jubemus, ut hi, qui vel nostrum vel domni et genitoris nostri praeceptum accipere meruerunt, hoc quod ipsi cum suis hominibus de deserto excoluerunt per nostram concessionem habeant. Ceteri vero qui simul cum eis venerunt et loca deserta occupaverunt, quicquid de inculto excoluerunt absque ullius inquietudine possideant, tam ipsi quam illorum posteritas; ita duntaxat ut servitium nostrum cum illo qui ipsum praeceptum accepit pro modo possessionis quam tenet facere debeat. Hi vero qui postea venerunt et se aut comitibus aut vassis nostris aut paribus suis se commendaverunt et ab eis terras ad habitandum acceperunt, sub quali convenientia atque conditione acceperunt, tali eas in futurum et ipsi possideant et suaे posteritati derelinquant. Hoc nostrae auctoritatis decretum non solum erga praeteritos et praesentes verum etiam erga futuros, qui adhuc ex illis partibus ad nostram fidem venturi, sunt conservandum statuimus. De hac constitutione nostra septem praecepta uno tenore conscribere jussimus: quorum unum in Narbona, alterum in Carcassona, tertiam in Roscilonia, quartum in Empuriis, quintum in Barchinona, sextum in Gerunda, septimum in Biterris haberi praecepimus, et exemplar eorum in archivo palatii nostri; ut predicti Hispani ab illis septem exemplaria accipere et habere possint, et per exemplar quod in palatio retinemus, si rursum querela nobis delata fuerit, facilius possit definiri. Et ut haec nostrae auctoritatis constitutio firmioreni obtineat vigorem et a fidelibus sanctae Dei Ecclesiae plenius per tempora conservetur, manu propria subter firmavimus et anuli nostri impressione signari jussimus.

Signum domini Hludowici serenissimi imperatoris.

Arnaldus ad vicem Helizachar recognovit.

Data iv. idus februarii, anno Christo propitio tertio imperii domini Hludowici piissimi augusti, inductione ix. Actum Aquisgrani palatio regio in Dei nomine feliciter. Amen.

V

SANT CERNÍ DE TOLOSA, II JUNY 844.

«AUCTORITAS» DEL REI CARLES, QUE CONFIRMA ALS GOTS O HISPANS DE LA CIUTAT DE BARCELONA I DEL CASTELL DE TERRASSA I ALS HISPANS DEL COMTAT DE BARCELONA, LA PROTECCIÓ I DEFENSA QUE ELS HAVIEN ESTAT ATORGADES PER CARLEMANY I LLUÍS, I RENOVA LES DISPOSICIONS DONADES A AQUEST FI PELS DITS EMPERADORS EN LLURS CAPITULARS

La transmissió del text d'aquest capítular s'ha fet a través d'una font única: la còpia del segle XIII inserida en el Cartoral de la catedral de Barcelona «*Liber antiquitatum*», I, fol. 1, que a la vegada era transcripció d'un trasllat fet «in civitate Barchinona, in anno primo quo obiit Odo rex (898), tempore domini „Borrelli comitis, filii quondam Wifredi, eidem nominis nuncupati, post reversionem Barchinonensium».

La darrera i millor edició és la donada per Georges Tessier, *Recueil des actes de Charles le Chauve*, número 46, del text de la qual ens servim. Una notícia detallada de les fonts secundàries manuscrites, així com de les nombroses edicions fetes a partir de la prínceps de Diago, la trobarà el lector en el mateix Tessier, en la introducció a l'edició del text.

En la nostra edició posem en lletra petita els passatges que al nostre criteri foren o poden haver estat copiats de textos legals anteriors. Remetem per això a la introducció posada davant l'Apèndix I i, fent referència al que allí diguérem, tornem a consignar que, en tot cas, els fragments assenyalats en el preàmbul i capítols 1, 2 i 3, deuen procedir del capítular donat per Carlemany als barcelonins i terrassencs arran de l'alliberament de les dues ciutats (Apèndix II); els capítols 6, 7, 8, 9 i 10, de l' altre capítular de Carlemany donat pels volts del 780, en els principis de la immigració dels refugiats hispans a Septimània (Apèndix I), i finalment els capítols 4 i 5, foren basats en el capítular de Lluís el Piadós de 815 (Apèndix III).

In nomine sancte et individue Trinitatis. Karolus gratia Dei rex. Si enim ea que ob utilitatem sancte Dei Ecclesie imperialibus edictis sunt constituta magnificentie nostre conservatione denuo instituentes corrobor-

mus, ad diuturnam prosperamque regni a Deo nobis collati stabilitatem id ipsum adtinere non dubitamus, quin etiam ad capescendam eterne felicitatis beatitudinem profuturum nobis liquido credimus. Itaque notum sit omnium sancte Dei Ecclesie fidelium atque nostrorum, presencium scilicet et futurorum, partibus Aquitanie, Septimanie sive Ispanie consistencium magnitudini, quia progenitorum nostrorum, magnorum siquidem hortodoxorumque imperatorum avi videlicet nostri Karoli seu genitoris nostri augusti Ludowici, auctoritatem imitantes, Gotos sive Ispanos intra Barchinonam famosi nominis civitatem vel Terracium castellum quohabitantes simul cum his omnibus qui infra eundem comitatuum Barchinonam Hispani extra civitatem quoque consistunt, quorum progenitores crudelissimum jugum inimicissime christiani nominis gentis Sarracenorum evitantes ad eos fecere confugium et eandem civitatem illorum magnipotencie libenter condonarunt seu tradiderunt et ab eorundem Sarracenorum potestate se subtrahentes eorum nostroque [dominio] libera et promta voluntate se subjecerunt, complacuit mansuetudini nostre sub immunitatis tuitione defensionisque munimine benigne suscipere ac retinere et quohabitationem seu necessitatibus eorum oportunum auxilium, sicut et ab illis progenitoribus eorum et ipsis constat per imperialium apicum sanctionem concessum clementer conferre quaterus quoque nostra regalis conservatio constructa atque innovatio in eorum bene gestis operibus exaltationi Ecclesie precioso Christi sanguine redempte eministret augmentum et animabus eorum ac nostre proficiat semper in emolumentum.

[1]. Igitur, sicut dictum est, ad omnium vestrum noticiam pervenire volumus quia eosdem homines sub protectione et defensione nostra denuo receptos sicut in unitate fidei, sic etiam in unanimitate pacis et dilectionis, conservare decrevimus, eo videlicet modo ut sicut ceteri Franci homines cum comite suo in exercitum pergent, et in marcha nostra juxta rationabilem ejusdem comitis ordinationem atque admonitionem exploraciones et excubias, quod usitato vocabulo guaitas dicunt, facere non neglegant, et missis nostris quos pro rerum oportunitate illas in partes miserimus aut legatis qui de partibus Hyspanie ad nos transmissi fuerint paratas faciant et ad subvectionem eorum veredos donent ipsi videlicet et illi quorum progenitoribus temporibus avi nostri Karoli id ipsum facere institutum fuit. Si autem hi qui veredos acceperint reddere eos nelexerint ac eorum interveniente negligentia perditu seu mortui fuerint, secundum legem Francorum eis quorum fuerint sine dilatione restituantur vel restaurentur.

[2]. [Alius]^{b)} vero census, id est nec paschalia in eorum terminis vel eorum villis, nec thelonea infra comitatum in quo consistunt, nec alia quelibet

b) Tessier, seguit la còpia del Cartoral, dóna *Ecclesiis*, i és la lliçó adoptada per tots els editors. No obstant, és evident que és errada, que no té cap sentit. El capitular de Lluís (Apèn-

dix III) diu en el lloc corresponent: *Alius vero census*, i és la lliçó escaient. L'errada degué iniciarse per una mala lectura del copista del Cartoral.

redibitio neque a comite, neque a junioribus aut ministerialibus ejus, deinceps ab illis ulla-tenus exigatur.

[3]. Et nisi pro tribus criminalibus actionibus, id est homicidio, rapto et incendio, nec ipsi nec eorum homines a quolibet comite aut ministro judicarie potestatis ullo modo judicentur aut distringantur, sed liceat ipsis secundum eorum legem de aliis [omnibus] judicia terminare et preter hec tria et de se et de eorum hominibus secundum propriam legem omnia mutuo definire.

[4]. Et si quispiam eorum in partem quam ille ad habitandum sibi excoluit alios homines de aliis generationibus venientes adtraxerit et secum in portione sua, quam aprisiones vocant, habitare fecerit, utatur illorum servitio absque alicujus contradictione vel impedimento.

[5]. Et si aliquis ex ipsis hominibus qui ab eorum aliquo adtractus est in sua portione collocatus, alium, id est comitis vel vicecomitis aut vicarii aut cuiuslibet hominis, senioratum elegerit, liberam habeat licentiam abeundi, verumtamen ex his que possidet, nichil habeat nichilque secum ferat, sed omnia in dominium et potestatem prioris senioris plenissime revertantur.

[6]. Placuit etiam nobis illis concedere ut quicquid de heremi squalore in quolibet comitatu ad cultum frugum traxerint aut deinceps infra eorum aprisiones excolere potuerint, integerrime teneant atque possideant; servitia tamen regalia infra comitatum in quo consistunt faciant.

[7]. Et omnes eorum possessiones sive aprisiones inter se vendere, concambiare seu donare posterisque relinquere omnimodo liceat, et si filios aut nepotes non habuerint, juxta legem eorum alii ipsorum propinqui illis hereditando succedant, ita videlicet ut quicumque successerint, servitia superius memorata persolvere non contemnant.

[8]. Simul etiam precipientes injungimus ut nullus homo de sepe memoratis eorum aprisionibus vel villis, cum propriis terminis propriisque earum finibus et adjacienciis, injustam inquietudinem illis inferre presumat aut aliquam minorationem contra legem facere audeat, sed liceat eis ipsas res cum tranquillitate pacis tenere et possidere et secundum antiquam consuetudinem ubique pascua habere ac ligna cedere et aquarum ductus pro suis necessitatibus ubicumque pervenire potuerint, nemine contradicente, juxta priscum morem semper deducere.

[9]. Si autem illi propter lenitatem et mansuetudinem comitis sui, eidem comiti, honoris et obsequii gratia, quippiam de rebus suis exhibuerint, non hoc eis pro tributo vel censu aliquo computetur, neque comes ille aut successores ejus hoc in consuetudinem venire presumat, neque eos sibi vel hominibus suis aut mansionaticos parare aut veredos dare aut ullum censem vel tributum aut servicium, preter id quod jam superius comprehensum est, prestare cogat, sed liceat tam histis Ispanis qui presenti tempore in predictis locis resident quam his qui adhuc ad nostram fidem de ini-quorum potestate fugiendo confluxerint et in desertis atque incolitus locis per nostram vel comitis nostri licentiam consedentes edificia fecerint et agros incoluerint, juxta supradictum modum sub nostra defensione atque protectione in unitate fidei et pacis tranquillitate residere et nobis ea que superius diximus tam cum comite suo quam cum missis ejus pro tempor[is] oportunitate alacriter atque fideliter exhibere.

[10]. Noverint preterea idem Spani sibi licentiam a nobis esse concessam ut se in vassaticum comitis nostri sicut alii Franci homines commendent, et si aliquod beneficium quisquam eorum ab

eo cui se commendavit fuerit consecutus, sciat se de illo tale obsequium seniori suo exhibere debere quale nostrates homines de simili beneficio senioribus suis exhibere solent.

Ut autem he nostre regalis auctoritatis littere erga eosdem Hispanos tenore perpetuo ab omnibus fidelibus sancte Dei Ecclesie et nostris inviolabiliter conserventur, manu propria nostra eas subter firmavimus et anuli nostri impressione signari decrevimus.

Signum (*Monograma*) Karoli gloriosissimi regis.

[Deormarus] notarius ad vice[m] Hludovici recognovit.

Data [III]. idus junii, anno IIII. regnante Karolo glorioso rege. Actum in monasterio Sancti Saturnini prope Tolosam, in Dei nomine feliciter. Amen.

VI

SANT CERNÍ DE TOLOSA, JUNY 844.

CAPITULAR DEL REI CARLES, DONAT PER A ATENDRE LES RECLAMACIONS DELS
PREVERES DE SEPTIMÀNIA, QUE REGULA LLURS OBLIGACIONS ENVERS ELS
BISBES EN RELACIÓ AMB LES CONTRIBUCIONS PARROQUIALS I LLUR LLIURA-
MENT, LES VISITES PASTORALS, LA COMPAREIXENÇA ALS SÍNODES I LES DIVI-
SIONS DE PARRÒQUIES

El text d'aquest capitular ha estat conservat en tres manuscrits: un de la Haia, al museu Mermann-Westrenà, del segle ix; un segon dels segles x-xi, a la Biblioteca Nacional de París, n.º 4638, i el tercer, tardà, dels segles xvi-xvii, a la Biblioteca Vallicellana de Roma. El publicà per primera vegada Baluze *Capitularia regum Francorum*, II, col. 21; després Pertz, *M. G. H.*, *Capitularia regum Francorum*, Hannover, 1835, I, p. 378; darrerament Krause, *M. G. H.*, *Capitularia*, II, n.º 255. És aquest darrer, text el que donem nosaltres.

Com que les diòcesis d'Urgell, Girona i Barcelona, pertanyien a la mateixa metròpoli que les de la pròpia Septimània, és de creure que aquest capitular hi fou també aplicat. A la d'Elna indubtablement. No cal ponderar la importància que hagué de tenir en llur administració i l'alt valor informatiu que té per nosaltres.

(Sequentia capitula acta sunt apud Tolosam civitatem, anno quarto regni domini Karoli, indictione VI (pro VII), mense junio...)

Haec quae secuntur, capitula consulentes necessitatì episcoporum Septimaniae et subjectorum eis presbyterorum providentes possibilitati, tractantes etiam sacri et juste inreprehensibilis ministerii honestatem, presbyterorum reclamatione commoniti moderamine mansuetudinis nostrae usque ad diligentiores tractatum synodi generalis decernimus:

I. Ut episcopi nullam inquietudinem sive exprobationem presbyteris aut aperte ingerendo aut alia qualibet occasione machinando pro eo, quod

se ad nos hac vice reclamare venerunt, inferant; quia longe oppressio hujusmodi itineris eos fecit subire laborem.

2. Ut unum modium frumenti et unum modium ordei atque unum modium vini cum mensura, quae publica et probata ac generalis seu legitima per civitatem et pagum atque vicinitatem habetur, episcopi a presbyteris accipient, et frischingam sex valentem denarios aut sex pro ea denarios et non amplius exigant; et si haec non accipiunt, accipient, si volunt, pro his omnibus duos solidos in denariis, sicut in Toletano et Bracharense consensu episcopi considerasse dicuntur.^{c)}

3. Ut presbyteri, qui prope civitatem quinque miliaria commanent, per famulos suos praedictam dispensam reddi in civitate, cui jusserrit civitatis episcopus, faciant; qui autem longius ab urbe commanent, statuant episcopi loca convenientia per decanias, sicut constituti sunt archipresbyteri, quo similiter et eadem propinquitate caeteri presbyteri per famulos suos debitam dispensam archipresbyteris aut episcoporum ministris convehant. Et procurent episcopi, ne ministri illorum presbyteros dehonorent aut pignora inhoneste tollendo vel locationem pro receptione dispensae exigendo, sed cum gratiarum actione recipient, quae presbyteri cum hilaritatis humanitate juxta apostolum conferre debebunt. Quodsi ministri episcoporum presbyteros dehonoraverint, dignam illis exinde episcopi castigationem exhibeant; quoniam, nisi fecerint et ad nos iterum pro hoc se presbyteri reclamaverint, motus nostros qui culpabilis repertus fuerit sentiet.

4. Ut in circuitione parrochiae episcopi de cetero singulos presbyters per singulas jacendo eentes ecclesiolas, sicut actenus, non praeduntur; cum scriptum sit eosdem evangelizare debere non turpis lucri gratia, ne vituperetur ministerium sanctum; sed considerent et denuntient loca sibi et populo convenientia, et illuc presbyteri, quotquot possilitas et moderatio providerit, plebes suas adducant, et ibidem episcopi praedicent, confirment et populi errata inquirant ac corrigant. Iterum autem, quia dominica voce datur licentia, qui evangelium adnuntiant ut de evangelio vivant, licet Paulus apostolus nihil horum fuerit usus, presbiteri tale conjectum faciant, ut et episcopi solacium habeant et ipsi non graventur. Quod ita nobis fieri posse videtur, videlicet ut quattuor presbyteri ad locum, ubi quintus degit

c) Concili de Toledo VII de l'any 684, de Braga III, de l'any 572, can. 2, en Mansi, can. 4, en Mansi, *Concilia*, x, col. 768. Concili *Concilia*, ix, col. 839.

et episcopus residet, plebes suas de quattuor partibus adducere studeant, et unusquisque eorum decem panes et dimidium modium vini et freschingham de quattuor denariis et pullos duos et ova decem et modium unum de annona ad caballos in subsidium benedictionis gratia praesentet episcopo; et similiter quintus, in cuius domo episcopus residet, faciat, nec amplius ab eo exigatur, nisi forte ligna et utensilia in opus ministerii commodet. Quapropter episcopus providebit, ne domus aut sepes illius a ministris vastentur.

5. Ut semel in anno episcopi hanc circumitionem tempore congruo faciant; et si amplius ministerium suum per diocesim agere voluerint, hanc tamen dispensam non amplius, quam semel a presbyteris per annum accipient.

6. Quod et si circumitionem in salutem et necessitatem populi quaquamque de causa demiserint, a presbyteris nec hanc dispensam neque pretium illius exigant neque aliis aut suis domesticis aut amicis exigendam concedant. Et quando circumierint et in domo presbyteri resederint, non sub occasione adfligendi presbyteros inmoderate et non necessarie numerum famulorum adducant neque vicinos ad pastum incongrue convocent. Quod et si cum caritate vocare voluerint, faciant; sed non amplius a presbyteris vel sub occasione vendendi vel alio quolibet modo, quam statutum est, exigant neque paraveredos aut alias exactiones tollant.

7. Ut episcopi parrochias presbyterorum propter dishonestum et periculosum lucrum non dividant; sed si necessitas populi exegerit, ut plures fiant ecclesiae aut statuantur altaria, cum ratione et auctoritate hoc faciant, scilicet ut, si longitudo aut periculum aquae vel silvae aut alicujus certae rationis vel necessitatis causa poposcerit, ut populus et sexus infirmior, mulierum videlicet vel infantum, aut etiam debilium inbecillitas ad ecclesiam principalem non possit occurrere, et non est sic longe villa, ut presbyter illic sine periculo ad tempus et congrue non possit venire, statuatur altare; et si ita populo complacet et commodum fuerit, ne sine ratione scandalizetur, parrochia maneat indivisa. Sin autem praefatae causae postulaverint et populus, non conductus neque cupiditate vel invidia excitatus, sed rationabiliter adclamaverit, ut ecclesia illis fieri et presbyter debeat ordinari, hoc episcopi episcopaliter teste Deo in conscientiae puritate cum ratione et auctoritate sine intentione turpis lucri mature consilio canonico

tractent et utilitati ac saluti subjectae plebis quaeque agenda sunt peragant; et secundum quod subtraxerint cuilibet presbytero de parrochia, de dispensa quoque debita ab illo minus accipient et alteri, qui quod dividitur e parrochia suscipit, sub hac eadem mensura imponant.

8. Ut episcopi sub occasione, quasi auctoritatem habeant canonum, his constitutis excellentiae nostrae nequaquam resultant aut neglegant, sed potius canones, ut intelligendi sunt; intelligere et in cunctis observare proculent; quia, si aliter fecerint, omnimodis et qualiter canones fidelium decimis agendum statuant et qualiter intellegi ac observari cum mansuetudinis nostrae decreto debeant, synodali dijudicatione et nostra regia auctoritate docebuntur.

9. Ut episcopi synodo a presbyteris, nisi sicut docet auctoritas canonum, duos scilicet et per tempora constituta, non exigant; sed et in eisdem synodis non per occasionem, sed per veritatem ministerii sui teste Deo, ad quod constituti sunt, presbyteros et tractent et teneant et absolvant.

VII

ATTIGNY, I JULIOL 874

CAPITULAR ACORDAT EN EL SÍNODE D'ATTIGNY I PROPOSAT AL REI CARLES,
 ATENENT LES RECLAMACIONS FETES PEL BISBE DE BARCELONA: CONTRA UN
 PREVERE CORDOVÈS, TIRS, QUE COMETÉ USURPACIONS A L'ESGLÉSIA DE LA
 CIUTAT; CONTRA INSUBORDINACIONS A TERRASSA, I CONTRA UNS GOTS, MADAIX
 I RICOSIND, QUE FRAUDULENTMENT S'HAVIEN APODERAT DE BÉNS DE LA
 SEVA ESGLÉSIA

El primer a publicar aquest document fou Sirmond, *Capitula Caroli Calvi et successorum*, París, 1623, que el tragué d'un còdex desconeugut. Repetiren el seu text Baluze, *Capitularia*, II, col. 233, i Pertz, *M. G. H.*, *Capitularia*, I, pàg. 522. La darrera edició, sempre a base del text de Sirmond, donada per Krause, *M. G. H.*, *Capitularia*, II, n.º 303, és la que nosaltres reproduïm aquí.

Malgrat el tenor de la rúbrica, que suposa el capitular promulgat pel rei Carles, fa notar encertadament Krause que fou *ab episcopis in concilio conscripta et regi tamquam consilium tradita*, fundant-se en les expressions: *domnus rex commendabit suo marchioni, qualiter eos distingat atque castigeta*, i *ejussio regia haec per fideles missos diligenter ac veraciter inquirere jubeat* contingudes en el mateix text.

Anno Incarnationis Dominicae CCCCLXXIV. haec, quae sequuntur, capitula domnus rex Karolus in Attiniaco kalendis juli statuit.

Cap. I. Episcopus Barcinonensis se reclamavit, quod Tyrsus presbyter Cordubensis in ecclesia intra muros ipsius civitatis sita seorsum conventus agens pene duas partes ex decima ipsius civitatis sibi usurpat et sine illius licentia missas et baptisteria in eadem civitate praesumit celebrare et convocatos ab episcopo ad matrem ecclesiam etiam in solemnitatibus paschae et nativitatis Domini ad se revocat atque contempto episcopo eis communionem largitur. Unde sacrum Nicaenum concilium dicit:⁴⁾ «quicumque temere

4) Concili Nicea, can. 16, en Mansi, *Concilia*, II, col. 682.

ac periculose neque timorem Dei piae oculis habentes et agnoscentes ecclesiarum regulam discedunt ab ecclesia presbyteri aut diaconi vel quicumque sub regula prorsus existunt, hi nequaquam debent in aliam ecclesiam recipi, sed omnem necessitatem convenit illis imponi, ut ad suas parochias revertantur. Quodsi non fecerint, oportet eos communione privari». Hoc de Tyrso, qui irregulariter a sua civitate discessit, decretum est. Ceterum de ipso et de aliis contemptoribus Antiochenum concilium dicit:^{e)} «Si quis presbyter aut diaconus episcopum proprium contemnens se ab ecclesia sequestravit et seorsum colligens altare constituit et commonenti episcopo non adquieverit nec consentire vel obedire voluerit semel et iterum convocanti, hic damnetur omnimodo, nec ultra remedium consequatur, quia suam recipere non potest dignitatem. Quodsi ecclesiam conturbare et sollicitare persistit, tanquam seditiosus per potestates extereras opprimatur». Hinc etiam Africæ provinciae canones decreverunt.^{f)} Sed tantum hoc capitulum de Antiocheno concilio posuisse sufficiat. De basilicis autem et decimis sacri canones decreverunt:^{g)} «Ut omnes basilicae, quae per diversa loca constructae sunt vel quotidie construuntur, secundum priorum canonum regulam in ejus episcopi, in cuius territorio positae sunt, potestate consistant». Et sanctus Gelasius in decretis suis:^{h)} «Quatuor, inquit, tam de reditu quam de oblatione fidelium, prout cuiuslibet ecclesiae facultas admittit, sicut dudum rationabiliter est decretum, convenit fieri portiones: quarum una sit pontificis, altera clericorum, pauperum tertia, quarta fabricis applicanda. De quibus, sicut sacerdotis intererit integrum ministris ecclesiae memoratam dependere quantitatem, sic clerus ultra delegatam sibi summam nihil insolventer noverit expetendum. Ea vero, quae ecclesiasticis aedificiis adtributa sunt, huic operi veraciter prorogata locorum doceat instauratio manifesta sanctorum; quia nefas est, si sacris aedibus destitutis in lucrum suum praesul impendia his designata convertat. Ipsam nihilominus adscriptam pauperibus portionem, quamvis divinis rationibus se dispensasse monstratus esse videatur, tamen, juxta quod scriptum est: ut videant opera vestra bona et glorificant Patrem vestrum, qui in coelis est, oportet etiam praesenti testificatione

e) Concili Antioquia, can. 5, en Mansi, *Concilia*, II, col. 1322.

f) Concili Cartago II de 390, can. 8, en Mansi, *Concilia*, III, col. 695.

g) Concili Orleans I de 511, can. 17, en M. G. H., *Concilia*, I, p. 6.

h) Decreta Gelasii, en Mansi, *Concilia*, VIII, col. 45.

praedicari et bonae famae p[re]aconiis non taceri». Et haec quidem de reditibus [et] illis oblationibus fidelium decreta sunt, quae specialiter ad episcopos ecclesiarum in illis regionibus pertinent, quae non abundant rebus, sed tantum de fidelium decimis ac votis subsistunt. Ceterum de rusticanis parochiis, quantum episcopus in partibus Septimaniae atque Galiciae a presbyteris exigere debeat, Bracarense concilium capitulo secundoⁱ⁾ et Toletanum concilio capitulo quarto^{j)} demonstrant. De his autem, qui contra auctoritatem et Barcinonensis episcopi voluntatem Tyrsum presbyterum in ecclesia Barcinonae civitatis retinent, capitulare augstormorum domni Karoli et domni Hludowici decernit hoc modo:^{k)} «De his, qui sine consensu episcopi presbyteros in ecclesiis constituunt vel de ecclesiis eiciunt vel ab episcopo vel a quolibet misso dominico admoniti obedire noluerint, ut bannum nostrum persolvant, aut aliam harmscaram sustineant». Quia vero longum est istos ad praesentiam regis adducere vel periculosum est longius a marcha eos abducere, dominus rex commendabit suo marchioni, qualiter eos distringat atque castiget. De decimis vero, quae in potestate et dispositione episcopi esse debent, quas illi a matre ecclesia abstrahunt et pro suo libitu alibi donant, idem capitulare dicit: «Quicumque decimam abstrahit de ecclesia, ad quam per justitiam debet dari, et eam p[re]aemptiose vel propter munera aut amicitiam vel aliam quamlibet occasionem ad aliam ecclesiam dederit, a comite vel a misso nostro distringatur, ut ejusdem decimae quantitatem cum sua lege restituat». Et item: «De his, qui nonas et decimas jam per multos annos aut ex parte aut ex toto dare neglexerunt, volumus, ut per missos nostros constringantur, ut secundum capitularem priorem solvant unius anni nonam et decimam cum sua lege et insuper bannum nostrum; et hoc eis denuntietur, quod, quicumque ha[ec] negligentiam iteraverit, beneficium, unde haec nona et decima persolvit debuit, amissurum se sciatur».

Cap. 2. De hoc, quod se reclamavit, quoniam castrum Terracinense suae subditum potestati factione Baionis per presbyteri insolentiam suo resultat ministerio, definitio praefati Antiocheni concilii sequenda est in causa insolentis presbyteri. Contra factione autem Baionis sequendum est

ⁱ⁾ Concili Braga III, any 572, can. 2, en can. 4, en Mansi, *Concilia*, x, columnna 768.
Mansi, *Concilia*, ix, col. 839. ^{k)} M. G. H., *Capitularia*, ii, pag. 12, capí-

^{j)} Concili de Toledo VII, de l'any 684, tols 1, 5 i 6.

capitulum Carthaginensis concilii, quo dicitur:^{l)} «Visum est universis ab imperatoribus postulari defensores, propter afflictionem pauperum, quorum molestiis sine intermissione fatigatur ecclesia, ut defensores eis adversus potentias divitum cum episcoporum provisione delegentur». Sequendum est etiam supra positum capitulum ex capitulari augustorum «de his, qui sine consensu episcopi presbyteros in ecclesiis suis constituunt vel de ecclesiis eiciunt».

